Contra. Infectio originalis ꝓsistit in resistētia carnis ad animam: hec autem resistētia precipue in actu gratiue sentit. ergo ipsa maxime infecta est. ¶ Ꝑ. illō qō est causa alicuius maxime pricipat illud: sz generatiua est causa infectionis originalis: qz p actū eius traducit. g ipsa maxime infecta est.

Respondeo dōm. q infectio originalis pcti trib⁹ attribuit: qz iter ptes aie attribuit grātiue: z iter sensus tactui: z iter vires appetitiuas attribuit ꝓcupiscibili. cui⁹ est rō: qz originale pctm ē nature: vt dictū est: vñ infectio ei⁹ ad illas potētias pncipalr ptinet q aliquē ordinē hāt ad actū quo nā traducit: act⁹ aūt ille duo hz. s. subaz act⁹ z delectationē: delectatio aūt ad sensum tact⁹ ptinet: suba vo act⁹ vtuti generatiue attribuit: sic exequēti: sed vtuti ꝓcupiscibili sic impanti: qz eius est tēdere in id qō est ꝓueniēs: z delectabile fm sensum. z iō diuersis rōnibus his trib⁹ virib⁹ talis infectio pcipue ascribit.

Ad primum ergo dōz. q pctm actuale qō ꝓsistit i actu ei⁹ q peccat: z volūtate nō pōt eē in illa pte que rōni nō obedit: nihil tm phibet qn in illa pte que pn^m nālis opationis est infectio nature saluet. ¶ Sciēdum tm est q ēt actuale peccatū in grātiua esse dr: nō qdē sicut in subiecto: sed mālr: incētū. s. ꝓcupiscibilis actū grātiue impat. ¶ Ad 2^m dōz. q infectio grātiue est infectio nāe vñ nō oz q ex ea relinquat infectio pcti p actū eius i psona generāte: sed soluz in psona grātata. ¶ Ad 3^m dōm: q in sensualitate ēt est infectio incētū ordinat z disponit act⁹ grātiue: sed in grātiua est imediate fm q ipsa est imediatū pncipiū traductionis nature: sed vez est q infectio fomitis in sensualitate pncipalius: ostēdit fm q infectio nature redūdat in infectione psone p actuales ꝓcupiscentias. ¶ Ad 4^m dōm. q infectio est in essentia aie: sicut in p subo: sed in grātiua: sicut in cuius actu pcipue manifestat: essentia eni nō est pncipiū actus: nisi mediāte aliqua potētia. vnde sic ex infectione actus nō dicit essentia esse infecta: sicut hic de infectiōe loqmur. ¶ Ad 5^m dōm. q generatiue ascribit: z originalis z actualis peccati infectio. Originalis quidē inquātum est pncipiū actus nālis quo natura traducit: sz actualis fm q habet aliquos actus exteriores ad generationez ordinatos: qui ad virtutem motiuā sensitiuā pertinēt: z qz nutritiua similr quosdā tales actus habet vt apponere cibum ori: masticare: z delectationem sentire: z hō. ideo sibi etiā actualis infectio attribuit quasi materialr: non autem originalis: qz ipsa non est pncipiuz illius actus quo natura traducit: nisi remote inquātum generatiue deseruit: augmentatiue vo nulla infectio attribuit: quia nec ad actum naturalis ppagationis ordinatur: nec iterū habet act⁹ exteriores qui p motū sensitiue ptis expleant.

¶ Expositio textus.

A **B quod** dici pōt ꝛc.) Sciēdum q magister hoc solut negādo vtrāq partē. s. q illa infectio non est culpa: nec pena: sed defectus quidā: z dicit de feruore coitus parentum causari: non sicut ex per se causa: sed sicut ex signo cause. (Et que feditas maior esse videtur ꝛc.) videt hoc esse falsum. qz sic originale magis abundaret in filio q̃ in patre. ¶ Sed dōz q hoc intelligit quātum ad istum actū tantū: qui quidē ppter cōcupiscentiam in generāte nō est nisi infectio penalis: sed in genito est infectio culpe: nō autez maior q̃ fuerit i patre fm q ex alio genitus fuit. (Iniquitatibus ꝓceptus sum ꝛc.) hoc nō deferendum est ad iniquitatem cōcipiētis qui sine omni peccato actualicōcipere potest: sed ad iniquitatē originalem concepti: que vtrum sit vna vel plures: z quare pluraliter dicatur infra dicet. 33. dist.

¶ Quomodo originale peccatū dimittatur i baptismo: cuz postea sit illa ꝓcupiscētia que dr originale peccatum. ¶ Dist. XXXII.

Quoniam supra dictum est originale peccatū esse vicium ꝓcupiscētie: assignatūq est quomodo a parentibus trahat: z originale dicat: sup est inuestigare quomodo in baptismo dimittat: cum etiam post baptismuz remaneat ꝓcupiscētia: que añ fuerat. vnde videt: vel peccatū originale non esse concupiscētiā: vel nō remitti in baptismo. Manet q̃ppe. vt ait aug. in corpore mortis huius carnalis concupiscentia: cuius vitiosis desiderijs non obedire pcipimur: que tm ꝓcupiscētia quotidie minuit in pficientib⁹ z continētib⁹. Sed lz remaneat cōcupiscentia post baptismuz: non tm dñatur z regnat sicut ante: imo per grām baptismi mitigatur z minuitur: vt post dñari non valeat: nisi qs reddat vires hosti eundo post cōcupiscentias: nec post baptismū remanet ad reatū: qz non imputatur in peccatū: sed tm pena peccati est: añ baptismum vo pena est z culpa.

¶ Qz originale pctm duob⁹ modis dimittitur. s. extenuatione sui z solutione reatus.

Duplici ergo rōne pctm dr dimitti in baptismo: qz per grām baptismi vicium ꝓcupiscētie debilitatur atq̃ extenuatur: ita vt iam nō regnet: nisi cō sensu reddātur ei vires: z qz reat⁹ ipsi⁹ soluitur. Unde aug. in lib. de baptismo par. Grā per baptismum id agitur vt vet⁹ homo crucifigatur z corp⁹ peccati destruatur: non vt in ipsa viuente carne cōcupiscētia respersa z inata repēte absumatur: z nō fit: sz ne obsit mortuo que ierat nato. Nā si post baptismū vixerit in carne hz concupiscentiā cuz qua pugnet: eāq̃ adiuuāte deo superet: si tamen non in vacuum grāz eius suscepit. Non vtiq̃ hoc prestatur in baptismo: nisi forte miraculo ieffabili creatoris: vt lex peccati que est in membris: prorsus extinguatur z non fit: sed vt quicquid mali ab homine factuz dictum cogitatumq̃ est: totuz aboleatur: ac velut factum non fuerit habeatur. Ipsa vo cōcupiscētia soluto reatus vinculo: quo per illā dyabolus animā retinebat: z a suo creatore separabat: maneat i certamine. Ecce hic aperte ostēdit ea rōne dimitti in baptismo: nō quia non remaneat post baptismum. sed qz reatus in baptismo aboletur. Deinde ipse ostendit eo modo etiā dimitti: qz baptismi grā concupiscentia ipa mitigatur z minuitur in eodem lib. ita dicens.

Lex carnis quã apl's appellat peccatum cum ait. Non regnet peccatũ in vr̃o mor. cor. nõ sic manet in mẽbris eor̃: q ex aq̃ ⁊ spũ renati sũt: tãq̃ nõ sit eis fcã remissio: vbi oio plena fit remissio peccator̃: ꝫ manet in vetustate carnis tãq̃ suparũ ⁊ pemptũ: nisi illicito ꝯsensu quodãmõ reuiuiscat: ⁊ in regnũ ꝓpriũ dñationẽq̃ reuocet. Hic apte insinuat in baptismo ꝯcupiscẽtiã debilitari: exquo ⁊ dr̃ dimitti: ñ soluz iõ qr̃ reat⁹ ibi absoluit quẽ remissionis modũ alis ẽt plib⁹ restimõijs scriptura edocet. Ait eni Aug. ꝯ iulianũ. Lex q̃ i tenebris ẽ: viciũ carnis ẽ qõ ex pẽa pcti ⁊ extraduce mortis ꝓuẽit. Sz lex ista q̃ ẽ i mẽbris remissa ẽ i regñatiõe spũali: ⁊ manet in carne mortali: remissa ẽ: qr̃ reat⁹ solutus ẽ sacr̃o: quo renascũt fideles. Manet ãt: qr̃ opat desideria ꝯ q̃ dimicãt ⁊ fideles. Idez i fmõe quodã d̃ ꝯcupiscẽtia carnis. Per grãz baptismatis ⁊ lauacr̃ regñatiõis solut⁹ ẽ ⁊ ipe cõcupie reatus: cũ quo eras natus: ⁊ qcqd antea cõsensisti male ꝯcupiscẽtie siue cogitatiõe: siue locutiõe: siue actiõe. Idẽ i libro de nuptijs ⁊ ꝯcupia. Cõcupiscẽtia carnis lz i regeneratis iã nõ deputet i pctũ: q̃cũq̃ tũ ꝓples nascit obligata ẽ origiali pctõ. Itẽ dimittit concupia carnis i baptismo nõ vt nõ sit: ꝫ vt nõ iputetur in pctũ. Hoc ẽ. n. nõ hr̃e pctũ ⁊ non eẽ reũ pcti. Quo mõ ꝗ alia pctã ꝑtereũt actu ⁊ remanent reatu vt homicidiũ ⁊ filia: ita ecõuerso fieri ꝑt vt concupia ꝑtereat reatu ⁊ remãeat actu. Ex ꝑdictis euidenter mõstratur quomodo pctũ originale i baptismo remittatur.

¶ De feditate quam caro ex libidine ꝯrit coit⁹ vtrum in baptismo diluatur.

Solet ãt hic q̃ri vtr̃ ẽt ipa caro in baptismo ab illa feditate purget: quã in cõceptiõe ex concupia libidinosa ꝯrit. Quibusdã vr̃ q̃ sic ania a reatu purificatur: ita ⁊ caro ab illa pollutiõe purgatur: vt sic duob⁹ cõplet ministeriũ baptismi. s. aq̃ ⁊ spũ: ita hi duo purgentur aia. s. a reatu: ⁊ caro ab illa cõtagione: qõ qdẽ ꝓbabile ẽ. Alij vo putãt tũ aiam ibi mundari: carnẽ vo nõ ab illa feditate purgari. si vo remanet illa feditas vsq̃ ad ꝓcreatiõem filior̃: q̃ fit in concupiscẽtia carnis. vr̃ nã carnis magis ac magis corrũpi: ⁊ magis vr̃ corrupta caro ꝓpis q̃ parentis. qr̃ de carne pollutionez quã hũit a cõceptu retinenti trahitur polluta: ⁊ i concupiscentia cõcipitur: vñ ⁊ polluitur: ⁊ ita ex duplici causa cõtaminatur. Vñ maior vr̃ pollutio carnis i ꝓple q̃ fuerit in parente. Ad qõ illi dicũt: qr̃ lz caro prolis ex carne feda seminetur: ⁊ in cõcupiscentia concipiat: nõ tũ feditatẽ maiorẽ trahit q̃ caro vñ seminatur habuit. Quãuis ẽt si feridior atq̃ imũdior sit caro ꝓpris: ⁊ iõ magis corrupta q̃ caro parentis: nõ tũ vt aiunt: fit ꝑ iudiciũ vitatis: qr̃ nec absurdũ eẽ dicũt: nõ carnis nã magis i posteriorib⁹ corrupta trahat neq̃ ex ipa magis corrupta aia magis ficitur.

¶ Ex quo auctore sit illa concupiscentia: deo vel alio.

Preterea q̃ri solet. vtrum concupiscẽtia q̃ post baptismum remanet: ⁊ tantum penalitas est. ante baptismũ vo pẽa erat ⁊ culpa: ex deo auctore sit: vel ex alio Ad qõ breuiter rñdentes dicimus: qr̃ inquãtũ pena ẽ deum hz auctorem: inq̃tuz vo culpa ẽ diabolum siue h oiem hz auctorem.

¶ Qua iusticia aie munde ex creatiõe illud peccatum imputetur: cũ nõ possit vitare.

Solet ẽt q̃ri q̃ iusticia reneat illo peccato aia innocẽs a deo creata: cũ non sit in ptãte sua illud vitare. Nõ enim ꝑ libex̃ar. illud cõmittit: qr̃ nõ prius est aia q̃ illi pctõ ẽ obnoxia. Ad hoc qdaz dicũt iõ illã aiam reã eẽ illi⁹ pcti: lz munda a deo sit creata: qr̃ cũ infũditur corpi cõdelectatur carni ex quo pctũ ꝯbit. Qõ si eẽt: iã non originale sed actuale diceretur. Potius ꝗ iõ recte põt dici: illi iputari aie illud pctũ qõ ex corruptiõe corporis ineuitabilr̃ trahit: qr̃ vt ait Aug. in lib. de ciuitate dei. Nõ fuit corpis corruptio q̃ aggrauat aiam cã primi pcti: ꝫ pẽa. Nec caro corruptibilis aiam peccatricem fecit. sed peccatrix anima carnẽ corruptibilẽ fecit.

¶ Utr̃ illud pctũ sit volũtariũ vel necessariũ.

Illud ẽt nõ imerito q̃ri põt vtr̃ pctũ originale debeat dici volũtariũ vel necessariũ. Et necessariũ põt dici: qr̃ vitari nõ ꝑt. Vñ ꝓpha. De necessitatibus meis erue me. Et volũtariũ nõ incongrue appellatur: qr̃ ex volũtate primi hois ꝓcessit. Unde Aug. in. i. lib. retractationum oñdit dicẽs. Illud qõ in puulis dr̃ originale pctũ cuz adhuc nõ vtãtur lib. ar. voluntatis: non absurde vocatur volũtariũ: qr̃ ex pria hois mala voluntate ꝯctum: fctũ ẽ quodãmõ hereditariũ.

¶ Quare deus aiam corpi coniũxit sciens eam inde maculari: ⁊ ideo dãnari.

Sed vo q̃ritur: cur deus q̃ fecit animaz ipaz sine macula: ⁊ scit eam ex corporis coniunctione maculam peccati cõrabere: ⁊ aliquando ante baptismuz

seiungi ab ipso corpe: ⁊ sic dãnari: eã corpi cõiungit. Rndem⁹ ex alitudie indicio⁊ dei id ꝓuenire: nec iniuste hoc a deo fieri. Ipe eni non incõgrue humane ꝯditionis modũ quẽ a prinꝯcipio istituit: lz pcta boium interceſſerint ſine mutatione cõtinue ſeruat: corpa de mã principio ſine vitio fcã fingẽs: aiaſq; de nihilo creãs corũq; cõiũctione hoiem pficiẽs. Cũ igr vtraq; bois nã a deo ſine vicio ſit inſtituta: licz a ſe pctõ ſit viciata: non iõ imutabilis de⁹ humane ꝯditiõis primariaz legẽ mutare debuit: ſiue ab hominum multiplicatione deſiſtere.

¶ An anima ſit talis qualis a deo creatur.

Hic a qbuſdã q̃ri ſolet. vt⁊ ania talis ſit añ baptiſmum q̃lis a deo creatur. Qõ non eẽ probare conãtur ꝶ mõ. aia in corpe creatur: in cui⁹ ꝯiunctiõe pctõ maculatur: q̃z cito igr ẽ pctũ hz: nec pri⁹ fuit q̃z pctũ habuerit. Nõ ẽ igr talis q̃lis a deo creatur. Creatur.n.a deo inocẽs ⁊ ſine vicio: ⁊ nũq̃z talis ẽ. Ad qõ dici p̃t: qr nõ oino talis ẽ q̃lẽ eã de⁹ fecit. Deus.n.eã bonã fecit: ⁊ bonitatẽ ei ſine corruptione indidit: ⁊ dr illa nãlis bonitas quã i creatiõe a cõditore ſuſcepit. quã bonitatẽ p pctũ penit⁹ nõ amiſit: ꝫ viciatã habuit: quã de⁹ tũ ſine vicio fecit. Si.n.res bõa nõ eẽt aia: in ea malũ eẽ negret cũ nõ poſſit maluz eẽ niſi i bono: vt p⁹ dicetur. Nõ igr oio tal ẽ aia q̃lis ẽ a deo creata. Sic qs pollutas bñs man⁹ non tale habuit pomum quale ego dedi mundis manibus. ego enim dedi mundum.

¶ An aie ex creatiõe ſint eq̃les i donis nãlib⁹.

Illud quoq; nõ incõgrue q̃ri ſolz: vt⁊ oẽs aie ex creatõe equales ſint: an alie alijs excellẽtiores. Plurib⁹ non irrõnabiliter vr q̃ ex ipſa creatõe alie alijs excella⁹ t in naturalib⁹ donis: vt in eẽntia. alia alijs ſit ſubtilior ⁊ ad intelligenduz memorandũq; babilior: vtpote acutiori ingenio ⁊ pſpicaciori intellectu p̃dita. Quod nõ ꝓbalr dr cum in angelis ita fuiſſe conſtet: ⁊ lz naturalibus donis alie pre alijs polleant: tamen añ baptiſmũ a corpore diſcedentes parem penam: ⁊ poſt baptiſmum ſtatim equalem coronam ſortiuntur: quia ingenij acumen vel tarditas p̃mium vel penam in futuro nõ collocat.

¶ Diuiſio textus.

Oſtq̃z oſtendit qualiter originale peccatum trahatur a parentibus. Dic oñdit qualr per baptiſmum dimittatur: ⁊ diuiditur in ꝓtes duas. In prima oſtẽdit ꝓm quid originale in baptiſmo tollatur: ⁊ ꝓm quid maneat. In ſcõa inquirit que ſit cauſa illius cõcupiſcẽtie que per baptiſmũ nõ tollitur: ſed p⁹ baptiſmuz manet. ibi. (Preterea ſolet q̃ri vtrũ concupiſcẽtia ⁊c.) Prima diuidit i duas. In pria oñdit q̃o p baptiſmũ origiale remittat quantũ ad aiam. In ſcõa ingrit vt⁊ ẽt purgetur hõ a feditate carnis. ibi (Solet q̃ri vt⁊ ipa caro ⁊c.) Prima diuiditur in tres. In pria mouet dubitatiõem. In ſcõa ponit ſolutiõem oñdẽs q̃ duob⁹ modis originale dr. ibi. (Sed lz remaneat ꝯcupiſcẽtia ⁊c.) In tertia modos magis explicat ⁊ auctoritatib⁹ confirmat. ibi (Multiplici ro rõne ⁊c) Et prio oñdit q̃ originale pctũ p baptiſmũ ſolui dr: inq̃tũ reat⁹ eius tollitur. zo q̃ ſolui dr: inq̃tũ ꝯcupiſcẽtia ipa mitigat ibi. (Deide idẽ ipſe oñdit ⁊c.) (Preterea ſolet q̃ri ⁊c.) Dic iquirit: vt⁊ concupiſcẽtie remanẽtis poſt baptiſmũ de⁹ ſit cã: ⁊ ꝯcupiſcẽtia illa ſil cũ reatu ⁊ infectiõe macule trahat. Ideo circa hoc tria facit. Primo ingrit vt⁊ illius ꝯcupiſcentie de⁹ ſit actor. Scõo ingrit vtrũ dine iuſticie hoc ꝯueniẽs ſit vt prio pctõ parẽtis natus reatum pene incurrat ibi. (Solet ẽt q̃ri) Tertio ingrit q̃o diuinã ſapiam deceat vt eius opus. ſ. aia ſtatim in ſua creatiõe inficiatur. ibi. (Si vero queritur ⁊c.) ¶ Circa ſcõam duo facit. Prio determinat p̃ncipalẽ queſtionẽ. ⁊ qr reatus ſegtur voluntariũ in pctõ ſine quo nullus ad penã obligat. Ideo ſcõo oñdit quomõ originale pctũ neceſſariũ ⁊ volũtariũ dici poſſit. ibi. (Illud ẽt ñ immerito ⁊c.) ¶ Circa tertiũ tria facit. Prio oñdit quomõ dinã ſapiam deceat hoc q̃ania ſtatim macula originali inficitur ex corpis ſui ꝯiunctiõe Scõo ingrit vt⁊ aia aliq̃ in ſui puritate permaneat q̃lẽ deus creauit an ſtatim in primordio ſue creatiõis maculetur: ibi (Hoc a quibuſdã queri ſolet ⁊c.) Tertio ingrit ſuppoſito q̃ nõ: vt⁊ vna aia alteri ex ipa ſui creatiõe i bonitate naturali p̃feratur. (Illud ergo nõ incongrue queri ſolet ⁊c.)

Queſtio I.

Hic ẽ dupler q̃ſtio. Prio quomõ per baptiſmũ originale diuinitus tollatur. zo de cã ei⁹. vtrũ ẽt ſimiliter diuinit⁹ hoc fit q̃ hõ originale incurrat. ¶ Circa primũ querunt tria. Primo vtrum culpa originalis per baptiſmũ ſoluat. Scõo vtrũ pena originalẽ culpã conſequens p⁹ baptiſmũ remaneat. Tertio vt⁊ originalis concupiſcẽtia i quibuſdã maior ⁊ in quibuſdã minor inueniatur.

¶ Ut⁊ pctũ originale tollatur p baptiſmũ. I.

Ad primum ſic pceditur. Ur q̃ per baptiſmum originalis culpa nõ tollat. Priuatio.n.nõ tollit niſi habit⁹ oppoſit⁹ reſtituat: ſed originalis iuſticia cui⁹ priuatio ẽ originale pctũ p baptiſmũ non reſtituit cũ nõ remaneat ꝓbit⁹ ordo iferior⁊ viriũ ad rõnẽ. q̃ nec origiale pctũ p baptiſmũ tollit. ¶ P. i baptiſmo ẽ duplex res. vna q̃ ẽ res ⁊ ſignũ. ſ. caracter: ⁊ alia q̃ ẽ res tũ. ſ. gra: ſi q̃ baptiſm⁹ pctũ origiale delet: aut ꝶ erit virtute caracteris quẽ imprimit: aut virtute gre quã cõfert: ſi virtute caracteris: cũ igr caracterẽ ꝯſequntur etiaz ficte accedẽtes: ſequeret q̃ eis ẽt originalis culpa dimittere: ⁊ ſic aliquis i mortali exñs peccato: a culpa aliqua purgaretur: quod eſt inconueniẽs. ſi ãt virtute gre: gra ãt poſt baptiſmum frequenter per peccatum mortale amittitur: ergo oporteret q̃ originale per quodlibet ſequens mortale rediret: ſed peccatum originale nõ niſi p baptiſmum poteſt purgari. ergo oporteret q̃ quandocunq; aliquis de peccato mortali pniam agit ſiml ẽt contra pctũ originale baptizaret. ¶ Preterea. ſicut ſe habet actus i peccato actuali vt materialiter deformitati ſubſtãs: ita etiã concupiſcentia in orginali: vt ſupra dictum ẽ: ſed nõ

pōt eē q̄ deformitas pcti tollatur manēte actu peccati: qz tales act⁹ sūt g bñ fieri nō pñt. g̃ z manēte tali concupiscentia nō pōt originalis culpa dēleri. ¶ Si dicatur q̄ manet intēsa sz diminuitur. ¶ Contra. Magis z minus nō diuersificant spēm: sed pena z culpa noiant diuersas spēs mali: g̃ nō pōt eē vt intēsa ꝛcupiscētia sit culpa z remissa sit tñ pēa. ¶ P. si dicatur q̄ nō soluitur nisi quātū ad reatū. ¶ Cōtra. Reat⁹ ꝛsequit̃ ōformitatē culpe: qz ad hoc pena infligit̃ vt culpe deformitas ordinet̃ per penā q̄ in se deordinata ē: sī g̃ originale pctñ quātum ad deformitatē macle nō tollit̃: vt q̄ nec ēt quātū ad reatū solui possit. ¶ P. q̄les sūt bī⁹ tales act⁹ reddūt: vt ī scōo ethi. dr̄: sz ꝛcupiscere qd̄ ꝓcedit ex concupiscentia inordinata ē pctñ post baptismū sicut z ante. ergo z ipa concupiscētia p baptismū rōnem culpe nō amittit.

Sed contra Ro. 6°. Qui mortu⁹ ē pctō iustificatus ē a delicto: sz baptizat⁹ p baptismū ꝛmorit̃ z ꝛsepelit̃ xpo: vt ibidē aplus dicit. g̃ opz q̄ p baptismū oē pctñ ꝓterite vite deleatur nisi effect⁹ baptismi ex pte baptizati ipediatur. ¶ P. nō pōt aliquis eē ñl filius gre: z filius ire: sz p originale pctñ nascimur filij ire: vt epb. z. Eram⁹ nā filij ire: zc. per baptismū āt regenerāmur in filios gratie. ergo nō pōt eē q̄ post baptismuz originalis culpa remaneat.

Respōdeo dōm: q̄ de remissione culpe originalis oz nos loq̄ ꝓportionalr̄ ad remissionē culpe actualis: ex actu enī pctī duplex effect⁹ in peccāte relinqtur. s. priuatio gre ex rōne auersionis a fine: z dispō q̄dā ad similem actū: quā act⁹ pctī inducit ex rōne ꝛuersionis: z ex B ipso q̄ gra ꝓuatus ē ꝓpa voluntate reatū pene incurrit. vnde gra sibi restituta sil̃ z macula illa tollit̃: q̄ in defcū gratie ꝛsistebat: z obligatio ad penaz q̄ reatus dr̄: dispō vero ex actu pctī inducta nō ex toto statiz tollitur. sed minuitur: inquātū gra inclinat ad ꝛriuz illius dispōnis: sz postmodum p cōsuetudinē bonoꝝ opeꝝ ēt illa dispō tollitur z ī cōtrariū mutatur. Sil̃r ēt ex actu nāe qui ē carnis ꝓpagatio relinqtur q̄dā dispō inclinās ad malū in ipsa natura gñati q̄ ꝛcupiscētia vl̄ fomes dr̄: z ex hoc ipo q̄ illa nature corruptio ī se virtutē peccati ex quo cāta ē cotinens psonā attingit: ipaz indignā dei gra efficit. vnde relinq̃t macula defcū gre in aia: z per hoc ēt ad reatū pene obligatur: vt. s. pmio illo careat qd̄ gre ōbebatur: p baptismū āt gra ꝛferet̃: cui⁹ virtute illa infectio ab boie tollit̃ q̄ ex nā in psoná deuoluebatur: z fm hoc aia purgat̃ a macla culpe. z p ñs soluit̃ reatus pene. Illa aūt dispō ad malū q̄ fomes z cōcupiscentia dr̄ non ex toto tollitur: qz illa dispositio sequitur ꝛditiōem nature: baptism⁹ aūt nō purgat naturā nisi q̄tū ptinet ad infectionē psone: z ideo illa dispō ex toto nō tollitur vsq̄z ad statū beatitudis quo nā pfecte curabitur: sz tñ dispō illa per baptismū minuit̃ inquātū gra quā quis in baptismo ꝛseqũt in cōtrariuz inclinat ei ad quod fomes disponebat: z ita virtus fomitis in nobis minuitur per auxilium gratie.

Ad primum g̃ dōm: q̄ ī originali iusticia erat aliquid quasi formale. s. ipa rectitudo volūtatis: z fm hoc sibi opponitur culpe ōformitas. erat in ea ēt aliqd quasi māle. s. ordo rectitudinis impfectus in iferiorib⁹ viribus: z quātū ad hoc opponit̃ sibi ꝛcupia z fomes: q̄tuis g̃ nō restituat̃ originalis iusticia: inq̄tuz ad id qd̄ māle ī ipa erāt r̄stituit̃: tñ quātū ad rectitudinē voluntatis: ex cuius ꝓuatione rō culpe inerat: z pp B id qd̄ culpe ē tollitur p baptismū: sed aliud pēale remanet.

¶ Ad scōm dōm: q̄ baptism⁹ virtute gratie quā ꝛfert ex qua rectitudo volūtatis cātur originalē culpā delet: non tñ segtur q̄ subtracta gratia originalis culpa redeat. Cū enī oīum pctōꝝ mortaliū genera hoc cōe hēant: q̄ gram tollunt: nō tñ oīum est vna macula: sed diuerse fm q̄ defectus gre ad diuersas cās refertur. vnde defcūs gratie ex actu luxurie ꝓueniens est macula illius peccati: z sic de alys. vnde nō redit macula pctī alicuius quātūcunq̄z gra subtrahatur nisi p reiterationē cause: cā āt p quā macula originalis relinquebatur in ania erat ipa ꝓpagatio humane nāe: quā ipo'e ē reiterari circa eundē boiem: et ideo macula originalis redire non pōt: sed defectus ille gratie: qui p pctñ mortale incidit: erit macula vl̄ luxurie vl̄ homicidij: z sic de alys. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q̄ nō eodē mō se hz ꝛcupia z fomes ad originalē maculā: sicut act⁹ peccati ad maculā actualē: ꝛcupiscentia. n. z si quodāmō ad maculā originalē māliter se hēat: nō tamē est cā eius: fm q̄ in eodez subo inueniūt̃: sed actus pctī cāt actualē maculā. z ideo nō pōt cōtingere: vt actus maneat: z macula vel reatus trāseat: sicut in originali manente cōcupiscentia trāsit reatus z macula. ¶ Ad 4ᵐ dōm: q̄ intensio et remissio nūq̄z spēi diuersitatē cānt: sz qñq̄z ex spēi diuersitate ꝛsequūtur. qñ enī intēsio z remissio sup vnā naturā fundant̃ q̄ decrescit z ꝓficit: tūc nec diuersitatez spēi cānt: nec ab ea cāntur: vt pz qñ eadē albedo intēdit̃ z remittitur: qñq̄z vero sup diuersas nās intensio z remissio fundat̃: z tūc intensio z remissio: ex diuersitate spēi ꝓueniunt: sicut dr̄ angelus hoie ītelligentior: z sicut dr̄ color illustrat⁹ visibilior q̄z sine lumine: qz lumē est illud p qd̄ efficit̃ visibile ī actu: ita ēt ītēsio z remissio fomitis sup diuersam nām fundat̃: dr̄ enī intensus fm q̄ ad suuz formale ꝛiūgitur qd̄ ē defcūs iusticie: z remissus fm q̄ a tali defcū separatur. ¶ Ad qntū dōm: q̄ sicut trāsit reat⁹: ita ēt macula trāsit. vnde hoc ꝓcedēdū ē q̄ obtio cōcludit.

¶ Ad sextū dōm: q̄ ēt in peccatis actualib⁹ cōtingit dispositiōem peccati remanere gra adueniēte: z tūc si ex dispositione illa aliquis act⁹ sequatur: pctī rōnē hēbit: q̄tuis dispositio illa que actū cāt culpa nō eēt: ita ēt q̄tuis cōcupiscere qd̄ ē act⁹ fomitis post baptismū sit culpa: nō tñ opz q̄ fomes post baptismū sub rōne culpe remaneat: nec oz eē silitudinē inter actū z hītum: sicut culpe ad culpā: sed ex pte ꝓuersionis vt actus ad illud obm terminetur ad quod habitus inclinabat.

¶ Utrum pena peccati originalis debeat māere post baptismum. II.

Ad secundum sic ꝓceditur. Ur̄ q̄ pena originalis peccati p⁹ baptismū remanere nō debeat. Iniustum enī ē vt sine culpa aliquis puniatur: sz per baptismū originalis culpa tollitur: vt dictum ē. ergo iniustum esset q̄ pena remaneret. ¶ P. iusticia gratuita potentior ē q̄z originalis: sed originali iusticia manente in aia nihil penale ī ea erat: nec rebellio carnis ad spiritū: nec ēt corruptio vl̄ passibilitas: cū ergo p baptismū gratuita iusticia cōferatur: vr̄ q̄ pena remanere non debeat post baptismū. ¶ P. generatio spiritualis potētior ē q̄z carnalis: quia nō sicut delictū: ita z donum. imo multo amplius: vt Ro. 5°. dr̄. Sed gñatio carnalis iducit corruptiōez culpe z pene. g̃ gñatio spūalis que ē p baptismū vtrūq̄z tollere dz. ¶ Si dicat̃ q̄ nō ē ex ōfectu baptismi q̄ pena nō tollat̃. sed qz ē vtile z expediens z ꝓmouens in salutem. ¶ Contra. Unumquodq̄z iudicādū est secundum id quod per se sibi ꝓuenit magis q̄z scōm id quod p accñs debet̃: sed fomes per se ad malū inclinat: non autē nisi p accidēs in bonum ꝓmouet inq̄tum aliquis resistēdo coronatur: vl̄ fm q̄ aliquis humilior redditur. g̃ magis eēt expediēs homini fomitē non hre q̄z q̄ ipsuz habeat. ¶ P. gra que in baptismo cōfertur fomitē diminuit:

sed augmẽtata cã crescit effectus. g̃ si maior grã infundatur fomes plus minorabitur. g̃ tãtũ poterit grã augmentari q̃ fomes ex toto tolletur.

Sed cótra Galat. gnto. Caro ꝛcupiscit aduersus spũ ꝛc. ꝛ tũ illis loquitur qui p baptismum renati erãt. g̃ p baptismũ talis rebellio nõ tollitur. hoc ẽt hr̃ per illud Ro. 7°. Nõ g̃ operor illud: sz quod habitat i me peccatũ .i. fomes pecti vt glo. dic̃. ¶ ꝓ. ex concupiscẽtia parẽtis ꝓcedit originale in ꝓlem: vt supra dcũ est. si ergo baptizatus concupiscẽtiã fomitis non hẽret post baptismum nullus in pcto originali filiũ generaret: ꝛ hoc supra ꝓbatũ ẽ a magistro. g̃ baptismus cõcupiscẽtiã nõ tollit ex

Respondeo dõz: q̃ pctũ originale ẽ prio (toto. ꝛ per se infectio nãe: ꝛ per ꝓñs inficit personã fm q̃ dispõ nãe i personã redũdat: ꝛ fm hoc duplex pena originali debetur: vna inq̃tum pſonã inficit. s. carentia diuine visionis. visio enĩ dina actum quẽdã designat: act° ãt oĩs pſone ẽ: qz actus indiuiduorum sunt: vt phs dicit. vnde ꝛ carentia visionis ad pſonã referenda ẽ cum opposita sint circa idem: alia pena debet sibi inq̃tũ nãz inficit. sicut necessitas moriẽdi: passibilitas: rebellio carnis ad spũ: ꝛ hs. que oĩa ex p̃ncipys nãe cãntur: ꝛ speciem totã cõsequũtur nisi miraculose alr cõtingat. Dõz ẽ ergo q̃ baptismus infectionẽ originalis mũdat scõz q̃ infectio nãe in pſonaz redũdat. ꝛ iõ p baptismũ illa pena tollit̃ que pſone debetur. s. carentia dine visionis: nõ aũt baptismus remouet infectionẽ nature fm q̃ ad naturã per se refertur. sz hoc erit i patria: qñ nra nã pfecte libertati restituet̃: ꝛ ideo opz q̃ remaneat illa pẽa post baptismum que culpe originali debet̃ fm q̃ nãm inficit: ꝛ hs ẽ fomes: necessitas moriẽdi: ꝛ hs.

Ad primum g̃ dõm: q̃ fm hoc q̃ culpa delet̃ ẽt pena sibi respondens tollitur: vt ex dictis pz: ꝛ iõ nihil iniustũ ꝓsequit̃. ¶ Ad scõm dicẽdũz: q̃ in oĩ effectu qõ p se iusticie ẽ: potẽtior est gratuita iusticia q̃ origialis: sed excludere hs penalitates nõ ẽ effcũs iusticie inq̃tum iusticia ẽ: sed fuit effcũs originalis iusticie rõne cuiusdam accñtis sibi annexi: inq̃tuz. s. fuit continuata: ꝛ nõ intercisa in nã humana: decuit enim: vt sic aĩa sine interruptione in deũ dirigebatur per iusticiam: ita ẽt corp° aĩe sine interruptione totalr obediret: ꝛ iõ nõ oportet q̃ ille effectus gratuite iusticie conueniat: cũ fcã fuerit interruptio rectitudinis humane nãe ad deuz.

¶ Ad tertiũ dõm: q̃ gñatio spũalis efficacior ẽ in eo ad quod ordinatur q̃ gñatio corpalis: gñatio aũt corporalis termiat̃ p se ad nãz: qz forma ẽ termin° gñatiõis: sz gñatio spũalis terminat̃ ad pfectiõez persone q̃ ẽ per grãz: ꝛ iõ plus mũdat gñatio spũalis pſonã q̃ gñatio corpalis ĩficere possit. Hñatio enĩ corpalis nõ põt inficere personã nisi infectione originali: sed gñatio spũalis purgat personam a culpa originali ꝛ actuali: sed hs defcũs penales: p̃ncipia nãe consequuntur: vt dcũ est: vnde se hz magis generatio corpalis ad eos inducẽdum q̃ gñatio spũalis ad eos curãdum. ¶ Ad q̃rtum dicẽdũ: q̃ simplr loquendo melius eẽt homini fomite carere q̃ ipm hr̃e: constat enĩ q̃ ex abundãtia grẽ fit in aliquib° q̃ a fomite liberãtur: sz quo ad quid: ꝛ quãtũ ad aliquẽ statum hõis expedit fomitem habere ne in superbiam elatus cadat: ꝛ hoc etiam obiectio concludebat. ¶ Ad quintũ dicendum q̃ quantũcũq̃ de grã baptismali in baptismo infundat̃: nũ quã tũ põt hoc efficere vt ex toto tollat fomitẽ: qz gratia illa nõ ẽ ordinata nisi ad curandũ infectiõem persone ex infectiõe nãe ꝓcedẽtẽ: posset tũ de° alteri° gñis gratiam infũdere per quam totũ tolleretur: vt sic simul ꝛ persõe ꝛ nãe infectio gratie cederet.

¶ Utr̃ fomes inueniat̃ maior in vno q̃ in altero. III.

